facta per dominum Nicolaum de Cusa, quod non procedatur in huiusmodi causa, nisi iuxta avisamenta per eum singulis deputacionibus data[2]), placuit et fuit conclusum, quod quelibet pars dominorum contendencium de ecclesia Treuerensi coram dominis tribus deputatis, videlicet dominis cardinali Firmano[3]), archiepiscopo Lugdunensi et episcopo Visensi, infra duos vel tres dies habeant dare in scriptis xxx^{ta} aut xl^{ta} personas, quas non habebit suspectas, et si dicti domini deputati repererint de dicto numero aliquas personas neutri parti suspectas, huiusmodi persone utrique parti grate in causa huiusmodi iudices constituantur, alioquin prefati domini tres deputati remaneant iudices in causa, qui procedant in eadem iuxta deliberaciones deputacionum de communibus, de fide et de pace etc.

4-6 Treuerensi — pars *fehlt R* 5 Nicolaum de Cusa: N. de Coßa *P* 9 xxx^{ta} aut xl^{ta}: triginta vel quadraginta *R* 11 alioquin *fehlt R* domini *fehlt R*.

---

1) *Gregor Heimburg.*
2) Nr. 219 *und* Nr. 220.
3) *Capranica.*

1434 Mai 10, Basel. Nr. 222

Konzilsprotokoll. NvK als Prokurator Ulrichs.

Kop.: Paris, *Bibl. Nat., lat. 15623 f. 221^{v}–222^{r};* Rom, *Bibl. Vat., Regin. 1017 f. 328^{v}–329^{r} (zu den Hss. s. o.* Nr. 102*).*
Druck: CB III 95.
Erw.: Meuthen, Trierer Schisma 214.

Generalkongregation. In relacione facienda in materia ecclesie Treuerensis, instante magistro Symone de Valle advocato domini Rabani archiepiscopi Treuerensis etc., quia fuit iniunctum partibus hincinde quod recederent a dicta congregacione, dominus Nycolaus de Cusa nomine domini Vlrici electi etc. expresse requisivit dominos de sacro concilio, quod vellent supersedere in huiusmodi relacione, quousque dominus archiepiscopus Lugdunensis alter deputatorum esset presens, qui eciam ad longum de meritis cause erat et est informatus. Item protestatus est, quod casu quo relacio fieret, quod legerentur de verbo ad verbum omnia per partem suam producta, ut domini de concilio, qui sunt iudices, essent plene informati de meritis cause huiusmodi. Item quia fuit sibi iniunctum ut recederet, de singulis peciit instrumentum et instrumenta. *Der Kardinal von Fermo berichtet über die Verhandlungen vor den Deputierten.* Lecta cedula avisata per dominos deputatos, per quam dicitur ius dicte ecclesie Treuerensis reverendissimo domino Rabano et non domino Vlrico compeciisse et competere, scrutatis votis singulorum dominorum hec materia remissa est ad sacras deputaciones deliberanda, quid ulterius sit agendum.

---

3 Nycolaus de Cusa: N. de Coßa *P* 6 et est *fehlt R* legerentur: legentur *R* 9 et instrumenta *fehlt R* 10 per — dicitur: perditur *R*.

1434 Mai 14, Basel. Nr. 223

Konzilsprotokoll. NvK als Prokurator Ulrichs.

Kop.: Paris, *Bibl. Nat., lat. 15623 f. 222^{v}–223^{r};* Rom, *Bibl. Vat., Regin. 1017 f. 329^{rv} (zu den Hss. s. o. zu* Nr. 102*);* Rom, *Bibl. Vat., Ottobon. lat. 2745 (s. o. zu* Nr. 189*) f. 248^{r}.*
Druck: CB III 97f. und 614f.
Erw.: Meuthen, Trierer Schisma 216.

PR: Generalkongregation. Lectis concordatis dominorum de xii^{cim} in materia dominorum contendencium de ecclesia Treuerensi, placuit et fuit conclusum, quod domini presidentes sacri conci-

Ottob. lat.: Lecta fuerunt concordata in materia Treuerensi, et secundum ipsarum sacrarum deputacionum concordiam dominus legatus conclusit.

Aus: »Acta Cusana. Quellen zur Lebensgeschichte des Nikolaus von Kues«, Felix Meiner Verlag, Hamburg 2016.
Copyright: CC BY-NC-ND 3.0. Weitere Informationen: www.actacusana.de/copyright.

lii possint in eadem causa dumtaxat indicere generalem congregacionem, quando eis videbitur, quodque auctoritate sacri concilii decernatur citacio per edictum ad dandum domino Vlrico et per eundem recipiendum apostolos, concludendum in huiusmodi causa et ferendum sentenciam diffinitivam in ipsa congregacione generali ut premittitur indicenda, supplendum eciam in eadem causa omnes defectus, si qui in ipso processu intervenerint . . . Instantibus promotoribus decreta est citacio per edictum in causa Treuerensi et fuit assignatus terminus per dominum cardinalem legatum domino Nycolao de Cusa ad diem crastinam ad recipiendum apostolos etc., concludendum et sentenciam ferendum. Magister Nycolaus de Cusa produxit mandatum sufficiens, ut asserebat, nomine domini Vlrici, petens copiam omnium productorum per partem adversam et terminum sibi assignari ad dicendum contra, petens instrumentum etc. De quaquidem requisicione protestatus est dominus officialis Basiliensis[2]) nomine promotorio etc.

Demum magister Nicolaus produxit mandatum sufficiens et petivit, ut illi xx⟨iiii⟩$^{\text{or}}$ per ipsum prius nominati[1]) constituerentur in iudices, attento quod pars adversa dixisset, quod nullum in hac causa in concilio existentem haberet suspectum. Statim promotor magister Henricus de Wenheim[2]) iuxta conclusionem sacre congregacionis peciit decerni citacionem per edictum contra dominum Vlricum et eciam contra dominum Nicolaum presentem et huiusmodi peticionem audientem. Ex tunc dominus legatus citavit magistrum Nicolaum et dec⟨re⟩vit citacionem per edictum contra dominum Vlricum ad crastinam diem sabbati eadem hora ad recipiendum apostolos, videndum suppleri defectus, concludendum et diffinitivam sentenciam ferri audiendum. Quibus peractis magister N. de Cusa premissis non consensit, sed peciit sibi decerni copias productorum per partem adversam et assignari diem ad dicendum contra. Quo facto dominus promotor de ipsa peticione, postquam appellacioni sue renunciasse videbatur, peciit instrumentum. *Zur Vesperstunde schlägt der Kursor Vogel eine durch Edikt angeordnete Zitation gegen Ulrich an der Domtür an.*

---

2 xii$^{\text{cim}}$: duodecim *R* 5–6 generalem congregacionem: congregacionem generalem *R* 9 recipiendum: recipiendam *R* concludendum: concludendi *R* 14 Nicolaus: N. Nicolaus *Ott.* 15 sufficiens: facto *Ott.* 17 Nycolao de Cusa: N. de Cusera *P* 19–20 Nycolaus de Cusa: Nicolaus de Cusera *P.*

---

[1]) *Wohl aufgrund von* Nr. 221 *Z. 9. Korrigiere im übrigen Meuthen, Trierer Schisma 216 mit Anm. 159, wo von der Emendation* xx$^{\text{or}}$ *zu* iiii$^{\text{or}}$ *ausgegangen wurde.*

[2]) *Heinrich von Beinheim.*

⟨*zu* 1434 Mai 14⟩, Basel. **Nr. 224**

Bericht bei Johannes de Segovia, Gesta Synodi Basiliensis. *NvK als Prokurator Ulrichs.*

Reinschrift: E f. 187^{v}; B f. 171^{v} (zu den Hss. s. o. Nr. 103 *Anm. 1).*
Druck: MC II 628.
Erw.: Meuthen, Trierer Schisma 216.

Die Generalkongregation beschließt: citari partem ad concedendum apostolos et audiendum sentenciam supplendosque fore per concilium, si qui in processu intervenissent defectus. Nicolaus vero de Cusa presentato tunc mandato Vlrici peciit copiam productorum et terminum ad contradicendum; qui tunc fuit citatus, dixitque primo non presentasse mandatum sperans per concilium decerni reiterandos esse terminos, quodque non haberet penes se iura, sed misisset ad partes pro eis.

Aus: »Acta Cusana. Quellen zur Lebensgeschichte des Nikolaus von Kues«, Felix Meiner Verlag, Hamburg 2016.
Copyright: CC BY-NC-ND 3.0. Weitere Informationen: www.actacusana.de/copyright.